Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



ppetuum dabis nobis · quia complebitur in nobis ; Beati qui habitant in domo tua ·
in secula seculorum laudabunt te ; haec ergo futura cum esta sint nobis · Illa
praeterita cum patribus nostris audiemus · quid modo ; Nunc autem reppulisti
et confudisti nos ; Confudisti nomen conscientiae · sed in faciem hominum ;
Ora enim tempus quo adfligerentur xpiani cumque fugirent ; Cum ubi
cumque dicerentur xpianus est · tanquam ad insultationem et ad opprobrium per
tinere ; ubi est ergo ille deus noster · rex noster · qui mandat salutem iacob ;
Ubi est ille qui fecit omnia quae nobis narraverunt patres nri ; ubi est ille qui
faturus est omnia quae nobis revelavit pspm suum · Nunquid mutatus est ;
sed in eum intellectum filius chore fiunt haec ; Aliquid enim intellegere debe
mus · quare nos ista omnia medio tempore patiuolunt · quae omnia ; Nunc autem
reppulisti et confudisti nos · et non egredieris ds in uirtutib: nris ; Procedimus
ad inimicos nros · et tu nobis cum non procedis ; Vidimus · eos · praeu
alentes illi · et nos inualidi sumus ; Ubi est illa iustitia tua · ubi de terra tua
et potentiatua ; Ubi mare siccatum · ubi aegipti persequentes fluctib: obruti ·
ubi amalech resistens in crucis signo superatus ; Et non egredieris ds in uir
tutibus nris ; Auertisti autem nos retrorsum praeinimicis nris ; Et
quasi illi antesint · Nos uero illi uictores · Nos uicti deputemur ; Et qui
oderunt nos · diripiebant sibi ; Quid · dabis nos ; Dedisti nos tanquam oues
escarum · et in nationib: dispersisti nos · In nationibus manducatisumus · hi
significantur · qui sic passi sunt ut in corpus gentium uesterentur ; Plan
gitur enim eo ecclesia · tanquam membra sua deuorata ; Vendidisti populum
tuum sine pretio ; Vidimus enim quos dedisti · Nuidimus quid accipisti ;
Et non fuit multitudo in iubilationibus eorum ; Numquid enim quando fugiebant
xpiani · persequentib: inimicis idolatris · fiebant congregationes et iubilationes do ;
Numquid concinebantur hymni de ecclesiis di · qui solent in pace concinere · dulciq:
conuentum fraternitatis di auribus psonare ; Et non fuit multitudo in
iubilationib: eorum ; Posuisti nos in opprobrium uicinis nostris · subsannatione
et derisu his qui in circuitu nrosunt ; Posuisti nos in similitudinem in nationibus ;
Quid est in similitudinem · quando maledicentes homines similitudinem dant do
quem de testantur ; si moriaris · si punaris · quare tunc dicta sunt
talia · si crucifigaris ; hodieque dicta non desunt hostes xpi · illi ipsi iudei ·
Contra quos quando defendimus xpm · dicunt nobis · si moriaris · quomodo
et ille ; Nenimi illam mortem intulissent · Nisi eo modo mori uehementer horru
issent ; Aut quid mysterii habere · si intellegere potuissent ; Haec quando